



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theses Theologicae Quibus Examinantur Praeliminaria  
Per quae Patres Societatis & alii conati fuerunt sese  
excusare ab exhibitione suarum Sententiarum, ad quam  
per contractum de Conferentia ineunda ...**

**Huygens, Gommarus**

**Lovanii, [1685?]**

Præfatio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40598**



P R Æ F A T I O  
A D  
L E C T O R E M.

**D**ie 27. Febr. hujus anni inter R. P. DE P A P E Rectorem Collegii Societatis I E S V Bruxellis, & Doctorem HUYGENS, coram Illustrissimo Domino Archi-episcopo Mechliniensi Bruxellis, initus fuit contractus pro instituendâ collatione super doctrinis utrimq; controversis.

Contractus ita sonat: Pars utraque scripto tradat Illustrissimo Domino Archi-Episcopo illas suas sententias, quas à parte altera novit impugnari, quæ deindè per Illustrissimum Dominum alteri parti communicabuntur; eo fine, ut hæc contra replicet: postmodum pars utraque in defensionem suarum sententiarum duplicet; & postea, si opus, procedatur ad quadruplicam; & denique ad collationem verbalem. Quibus omnibus peractis, si ad concordiam nondum fuerit ventum, missis actis ad S. Sedem, ultima illinc decisio exspectanda erit. *Additum fuit*: utrique parti fore licitum, interrogare alteram de Articulis non expressis, num eos teneat: sique pars interrogata Articulos petitos à se teneri responderit; ei incumbet eisdem cum aliis scripto traditis sustinere ac defendere; si verò responderit illos à se non teneri, nulla ei super istis Articulis moveri poterit quæstio aut molestia.

Quantum Lovanienses hunc contractum implere conati sunt; tantum Patres studuerunt illum evertere: hinc quam propensi fuerunt Lovanienses, ut doctrina sua Articulos traderent, tam inviti exstiterunt Patres ne suos traderent: quod ut equidem aliquo colore excusarent, ab initio, quo res hac incepta est, ad hoc usque tempus, per quæstiones quasdam praliminales pergunt querere ambages; quas hisce Thesisibus breviter detegemus, ostendendo, quod praliminales eorum quæstiones sint eo fine à Patribus intrusa, ut quocumque colore excusent quod doctrina sua articulos tradere detrectent.

Cum verò Patres vim singularem tribuant praliminari suo tertio, quo exigunt à nobis quoddam juramentum, hoc præ cæteris hisce Thesisibus discutiemus.

CON-